Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



REGVM.

tua. Quæ condiderunt patres tui
usque in diem hanc in babylonem.
Non remanebit quicquam ait dominus.
Et de filiis tuis qui egredientur
ex te quos gnaviter tollentur. et erit
eunuchi in palatio regis babylonis.
Dixitque ezechias ad ysaiam. Bo
nus sermo domini quem locutus
es. fiat tamen pax et veritas in diebus mis.
Reliqua autem sermonum ezechiæ. et
omnis fortitudo eius. et quomodo
fecit piscinam et aquæ ductum. et
introduxit aquas in ciuitatem. si
ne hæc scripta sunt in libro die
rum iuda.

XXI.

Dormiuitque ezechias cum
patribus suis. et regnauit ma
nasses filius eius pro eo. Du
odecim annorum erat manasses cum
regnare cepisset. et lv. annis regna
uit in hierusalem. Nomen matris eius
asiba. Fecit malum in aspectu domi
iuxta ydola gentium quas dele
uit dominus a facie filiorum israel.
Conuersusque est et edificauit excelsa
quæ dissipauerat ezechias pater eius.
et erexit aras baal. et fecit lucos sic
fecerat achab rex israel. et adorauit
omnem militiam celi et coluit eam.
extruxitque aras in domo domini de
qua dixit dominus. In hierusalem po
nam nomen meum. Et extruxit
altaria omnis militiæ celi in duo
bus atriis templi domini. et consecrauit
filium suum igni. et ariolatus
est. et obseruauit auguria. et fecit
phytones. et aruspices multiplicau
it. ut faceret malum coram domino
et irritaret eum. Posuit quoque ydolum
hunc quem fecerat in templo domini.
super quo locutus est dominus ad da
uid et ad salomonem filium eius.
In templo hoc et in hierusalem. quem elegi
de cunctis tribubus israel. ponam no
men meum in sempiternum. et ultra non
faciam commouere pedem israel de terra quam

dedi patribus eorum. sic tamen si custodierint
opera omnia quæ præcepi eis. et omnem
legem quam mandauit eis
seruus meus moyses. Illi uero non
audierunt. et seduxit eos manas
se ut facerent malum super gentes
quas contriuit dominus a facie filio
rum israel. Locutusque est dominus in
manu seruorum suorum prophetarum dicens.
Quia fecit manasses rex iuda abo
minationes istas pessimas. su
per omnia quæ fecerunt amorrei an
tecedentes eum. et peccare fecit iudam in
omnibus immundiciis suis. propter
hæc dicit dominus deus israel. Ecce ego
inducam mala super hierusalem et iudam.
ut quicquid audierit. tinniant am
bæ aures eius. et extendam super hierusa
lem funiculum samarie. et pondus domus
achab. et delebo hierusalem sicut deleri so
lent tabulæ. Deleam utique et diuer
tam crebrius stilum super faciem eius. di
mittam uero reliquias hereditatis
meæ. et tradam eos in manu inimi
corum eius. erunt quoque in rapinam et
rapinam cunctis adversariis suis. eo
quod fecerint malum coram me. et pro
uocauerint irritantes me. ex die
qua egressi sunt patres eorum de egypto
usque ad diem hanc. Insuper et san
guinem innoxium fudit manas
ses multum nimis. donec imple
ret hierusalem usque ad os. absque peccatis
suis quibus peccare fecit iudam. ut
faceret coram domino malum. Reliqua
autem sermonum manasse. et omnia
quæ fecit. et peccatum eius quod peccauit.
nonne hæc scripta sunt in libro ser
monum dierum regum iuda. Dormi
uitque manasses cum patribus suis. et
sepultus est in horto domus suæ
in horto azam. et regnauit amon
filius eius pro eo. Viginti duo
rum annorum erat cum regnare cepisset. du
obus quoque annis regnauit in hierusalem.
Nomen matris eius meselamech fi